

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Münzgeschichte des Zähringen-Badischen Fürstenhauses
und der unter seinem Scepter vereinigten Städte und
Landschaften**

Berstett, Christian Jakob August

Freiburg im Breisgau, 1846


Münz- und Markt-Gerechtigkeit für das Kloster Schwarzach

[urn:nbn:de:bsz:31-383412](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-383412)

Münz- und Markt-Gerechtigkeit für das Kloster Schwarzach.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto divina favente clementia rex, omnibus fidelibus nostris, tam presentibus quam, et futuris notum esse volumus, quomodo nos ob remedium anime nostre, parentumque nostrorum nec non et ob inter ventum Cuonradi ducis, concessimus venerabili abbati Wolfaldo suisque successoribus, qui ibi in Monasterio sancti Petri ad Suarzacha constituuntur in villa Valator nominata et in comitatu Canonis comitis situm, mercatum construendum cum omnibus appendicis quæ adhuc pertinent. id est. moneto. teloneo. exitibus et redivibus, aquis, aquarumve decursibus. silvis. pascuis. molendinis viis & inviis. quæsitis. et inquirendis. cunctisque aliis quæ ad prædictum mercatum nominari vel dici possunt. eo pacto. quod nulla persona magna vel parva aliquam potestatem habeat ex eo aliquid faciendi nisi qui prædicti monasterii erit abbas, nullusque advocatus ibi fiat nisi Licentia ipsius abbatis firmiter inhibemus. Transgressor hujus præcepti si quis erit ut sepe contingit ad cameram nostram, centum libras auri persolvat. Et ut istud præceptum firmiter ac verius credatur sigilli nostri impressione signari jussimus nostraque propria manu corroboravimus ut infra videtur.

Signum domini Ottonis



Hildibaldus episcopus & Cancelarius vice Willigisi
archiepiscopi recognovi.

Dato III. idus Novembris Anno
dominicæ incarnat. DCCCCXIII. indiet.
VII. anno autem tertii Ottonis regnantis
undecimo actum Baden feliciter.



Gerettete Wahrheit in einer diplomatischen Geschichte der Abtey Schwarzach am Rheine. Bruchsal 1780. fol.
Beylage n: 8. pg. 12.